Quelle: https://manuscripta.at/?ID=916
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



beatus virgilius omnibus sibi
deuotis assit propitius. Nam ex tum
ba eius oleum sanita
tis cuidam puelle ma
nibus et pedibus con
tracte largiter emani
bus emanauit. et eius
dem salutifere unctio
nis gratia. quidam puerulus
de pago kiengo mutus
a natiuitate uocis orga
num recuperauit.

Adolescens quidam
de clirnstein in uicinia
frisaci. manum habens ari
dam et inutilem. exara
tam et optatam a sancto uir
gilio suscepit ualitudi
nem

De Ciuitate ratispona
institores ad nundinas
per alueum danubii in
locum qui dicitur ardacher cum
naue maxima mercibus
onusta. descendentes pe
riculum illud ex concitatione
fluctuum assidua uocatum
spilberch inciderunt. Nec
mora procellarum in tem
pestuosissima uoragine
uel uertigine inuoluti
multotiens gyrando a
quarum uiolentia scopu
lum in medio gurgitis
eminentem. a quo causa
tempestatis illius pro
cedit. uellent nollent
statim passuri naufra
gium accesserunt. ubi
demum tanta fluminis
importunitas estuan
tis miseris illis incu
buit. ut turbo uora
ginis pram carine
aqua semiplene sorbe
do puppim in sublime
attolleret. omnesque u
niuersaliter tam nautas
quam ceteros a deo de ui
ta desperatos redderet.
ut armamento remigan
di. tamquam nil penitus